

## IN II. EPIST. PETRI.

## C A P. I.

Vers. 3.

**Q**uemadmodum omnia nobis divinæ potentia ejus, quæ ad vitam piam (faciunt, attinent munera) largita sunt, per agnitionem vocantis nos, per gloriam & virtutem, per quæ maximæ nobis & preciosissimæ promissiones donatæ sunt.

4. *Efficeremini divinæ naturæ confortes*) scil. ob inhabitationem gratiosam sive unionem spiritualem cum Christo, eamque realem, ut interpretatur Confessio Pomeranica fol. 50. fac. 2. siquidem de illâ participatione divinæ naturæ hîc agitur, quam obtainemus per agnitionem Jesu Christi v. 3. cui non potest adscribi unio personalis. In renovatione itidem divinæ naturæ quodammodo reddimur participes, ratione imitationis divinarum proprietatum, ut benignitatis, misericordiæ, justitiæ, veritatis, sanctimoniorum &c. Alii cum Chemn. de duabus nat. p. 22. & Damascen. orat. 3. de Imag. participationem hanc explicant per assumptionem carnis nostræ, specie ejusdem cum nostrâ, in unioni personali Christi, per quam communicationem accepimus cum Patre, Filio & Spiritu S. I. Joh. 1, 3. & 7. unde Tertull. Secura estote caro & sanguis; regnum enim cœlorum possidetis in Christo.

5. *Ita etiam (ad) hoc ipsum omnem operam addibete* (i. e. hæc ipsa dona, prout convenit, dignis modis excolite, & in eo studium vestrum collocate,) & subministrate, (suppeditate, præbete) &c. *χορηγεῖν*, ludos publicè exhibere, propriè de chorago, qui aliis prætit in choro, it. suppeditare expensas & instrumenta ludicra, it. in genere, suppeditare.

9. *Μυωπαίσιν*) oculis semiclausis & conniventibus prospicere, hallucinari.

10. *Electionem vestram firmam efficite*) scil. respectu notitiæ & probationis in fide, unde à posteriori electionem colligere possitis. Ebr. 6, 11.

15. "Εχειν υμᾶς) Posse vos, ut possitis mentionem facere.

16. *Σεωφισμένοις μύθοις*) verbis, quæ edoceti sumus (ab aliis). *τοπίοις*, sapienter agere vel loqui, arte uti, it. doceri ab alio, percipere sapientiam, erudiri in sapientia.

17. *Tοιᾶς*